MELETEMATA LEXISTORICA
ALTERA

CONSCRIPSIT

C. PAVCKER

Deus temporum operator et antiqua iussit et moderna disponit.

DORPATI

MDCCCLXXV

SVMPTIBVS ET TYPIS SCHNAKENBVRG.

ALMO GYMNASIO

MITAVIENSI

D. XVII M. JVN. MDCCCLXXV

SACRA SECVLARIA

PRIMA

CELEBRANTI

GRATA CVRONIA CONCELEBRANTE LAETIS
VOTIS PROSEQVENTE

LVBENS MERITO CONGRATVLATVR FELICIA OMNIA IN POSTERVM
COMPRECATVR

CAROLVS PAVCKER
CVRONVS
PHILOLOGIAE PROFESSOR
EIVSDEM GYMNASII
OLIM DISCIPVLVS (1833—37) DEIN INTER PRAECEPTORES (1850—61)

PIVM AMOREM PENITVS INFIXVM

DEDICATO HOC OPVSCVLO

VT NVNC POTVIT TESTIFICATVS.

Sic uos non uobis . .

Pars I

in qua sunt:

Sigla, quae adhibuimus, in P. II p. 3 sq. explicantur. Corrigenda (P. II p. 55 sq.) ante, quaeso, corrigat lector, quam his nostris coeperit uti.

I

Voces Ouidianae

insertis, in (   ), Propertianis, et, in [   ], Calpurnianis.

Quae uocabula solus sibi habere uidetur auctor, obliquis literis expressa sunt; quae post ipsum recc. (h. e. Posthadriani), paulo grandioribus, quam cetera, quae apud pA quoque (h. e. eos, qui post Augustum, sed ante Antoninos fuere) inueniuntur, si autem p adscripta est, apud poetas tantum. — Ceterum haec in supplementum superiorum Meletematum composita ob moras eorum, ad quos abhinc sex menses miseramus edenda, huc transferre maluimus.

Commentor, errator, *iaculatrix*, (insitor, *memorator*), mirator (Prop. II, 13, 9, Sen. et Luc.: III* n. 8, Curt IV, 6, 25, Plin., Stat. Silu. III, 2, 95), *nouatrix*, ornatrix, positor, 10 repetitor, *repostor*, spretor, superator, uaticinator, uenerator, uulgator, [calcator], assertor transl. (al. Liu.); — [*mulsura*]; —

20 caelamen, (cantamen), curuamen, firmamen, *fulcimen*, *imitamen*, irritamen, ligamen (et Prop.), moderamen, nutrimen, 30 oblectamen p, piamen, purgamen, *remoramen* (Thom. Thes. nou. latin.), *renouamen*, *respiramen*, *reuocamen*, segmentum, simulamen, *suffimen*, 40 *tentamen*, — 19 -men Ouid., apud quem exstant porro: conamen (Lucr.), fundamen (Verg.), gestamen (Verg.), hortamen (Liu., Lucan. VII, 736, Val. Fl.), all., libamen (Verg.), lenimen (Hor.), molimen, munimen (Verg.), regimen, solamen, uelamen Fast. IV, 147 al., . . —

assessus u), contemplatus, u, erratus, us (Plin.), *medicatus*, us, narratus, us, positus, us, *suspiratus*, *us*; —

*coryl***etum,** pinetum (Plin.), 50 rubetum p, (rubeta, ae); — garrulitas; — papilio; — acer, eris, squatus Hal. 123 (Plin.); — commilitium, confugium p, [discordium], suffugium (cf. 57); — 60 cingula p (Calp.), circumfluus, nocuus, occiduus (Sen. Thy 824, Calp, recc.), *odorus (Plin., — act. Verg.), refluus (Plin., — cf. 61, 247), refugus, succiduus p (cf. 63), *susurrus *adi.*, tinnulus; —

70 agitabilis (D p. 284), dubitabilis, durabilis, excusabilis, forabilis (Plin.), formidabilis (Sen.), iaculabilis p, in-delebilis (delebilis Mart.), *in-nabilis*, 80 medicabilis pass. p (act. Col.), *mercabilis*, *moderabilis*, [modulabilis], narrabilis, *piabilis* (gloss.), *populabilis*, reparabilis (Sen.), resonabilis (cf. 92), reuocabilis (Sen.), 90 reuolubilis Ib. (et Prop.) p, seruabilis (Plin. XIV, 4, 40 codd. paene omnes), sonabilis, uitabilis; —

*adaper***tilis,** sculptilis, sessilis, *tinctilis*; —

*expugn***ax,** uigilax (et Prop. V, 7, 15; Col. ?); —

100 aesculeus, anguineus, *Bacchius*, bitumineus, Caesareus p, Cupidineus p, flumineus p, nectareus (Plin.), osseus, *papauereus*, 110 pastorius p, *pruniceus*, roboreus, Romuleus p (cf. 104, 105, 102, 110), spineus, (stamineus), *turbineus*, [*faginus subst., *hornus s.]; — (roridus); — 120 *Tiberin***ides** (nymphae); —

fruticosus (Plin.), (*hederosus*), *iugosus*, iuncosus (Plin.), lucrosus (Plin., Tac., Ennod. dict. 9, Isid. eccl. off. II, 16, 3), paludosus (et Prop. V, 6, 77) p, (plumosus [cons. ad Liu. 109, Plin.]), prodigiosus, pruinosus (p, Col.), 130 salebrosus (Sen., Quint.), torosus; —

*coniugi***alis** (coniugalis Sen. Thy. 1107, Col., all.), 130 connubialis p, exsequialis p, *genualia* (Not. Tir., gl.), *Janalis*, *Junonalis*, Latialis (Plin.), maritalis, 140 *pacalis*, puellaris, ramale, rogalis p (Stat. Theb I, 112), *sepulcralis*, solaris (Sen., Plin.), *Vacunalis*; —

aquaticus (Plin., postt.), *uaricus*; — *fraxinus adi., 150 *magus adi. p (Herc. Oet.); — sublatior (cf. ap. Ouid. et celebratior, cognitior, conspectior, . .); —

asella, fenestella, humidulus, [rotulus], *scriptulum*, sparulus p; —

ad-cliuus p (Manil.), circum-sonus p, 160 con-terminus, *de-cliuus* (cf. 158), *dis-sors* (gl.), *per-uagus*, peruigil (Plin., . .),

prae-frigidus, praegrauis (Liu.), *praelustris* (cf. 229, 169), *praenubilus*, praesignis a. am. III, 773 et saep., p, [170] [*praetorridus*], pro-auitus p, pronurus, red-uncus (Plin.), resonus (cf. 159) p, *sub-nuba*, *trans-formis* (cf. 167, 9, 229, 31, 51), in-adsuetus, inadustus, *inadtenuatus*, *inambitiosus*, inamoenus, incaeduus p, *incommendatus*, inconsolabilis, inconsumptus p, *incorrectus*, *incruentatus*, inculpatus, incustoditus, [190] *indeclinatus*, *indefletus*, *indeiectus*, indelibatus p, *indeploratus*, *indesertus*, *indestrictus*, *indetonsus*, *indeuitatus*, indigestus (Plin.), [200] *ineditus*, ineuitabilis (Sen., . .), *inexperrectus*, *inexstinctus*, infragilis (Sen., Plin.), *infrons*, dis, illaesus (Sen., Plin.), illectus, *illimis*, innubus p, [210] *inoblitus*, *inobrutus*, inobseruatus (Sen, . .), imperceptus, impercussus, *imperfossus*, *imperiuratus*, imperturbatus (Sen.), imperuius (Val. Fl., Tac.), *insolidus*, [220] insopitus p, *insusceptus* cons. ad Liu., *intumulatus*, irreligatus p (el. de Maec. I), irreprehensus, irrequietus (Sen, Pliu., . .), irresolutus (cf. 75, 6) [1]), necopinus p, — **bi**-fidus, bilustris, [230] bimater (Hyg.), *binominis*, **multi**-cauus, multifidus (Plin., . .), multiforus p (Sen. tr.), (***octi**-pes*), ***semi**-adapertus*, *semibos*, *semicaper*, semicrematus p, [240] *semicremus*, semideus p, *semilacer*, *semireductus*, *semirefectus*, *semisepultus*, *semisupinus*, ***septem**-fluus*, **sex**-angulus (Plin.), ***tri**-cuspis*, [250] trifidus p (cf. 228, 233), trinodis; — *aeri-**fer***, anguifer (et Prop) p, armifer p, *arundifer*, bacifer (Plin.), *bipennifer*, *caducifer*, *chimaerifer*, [260] colubrifer p, *corymbifer*, *cupressifer*, ensifer p, falcifer p, (gemmifer: Plin., p), *granifer*, herbifer (Plin.), laborifer p, *lentiscifer*, [270] mellifer, nimbifer, nubifer p, opifer (Plin.), palmifer p (Prop., Sil., postt.), *papyrifer*, *populifer*, *racemifer*, *sacrifer*, salutifer p, [280] sceptrifer p, *securifer*, somnifer,

---

1) 50 (52), e quibus singularia sunt Ouidii 25 (26), apud recc. demum rursus emergunt 8 (9). Vergilius adiectiua (uel part.) cum in- priu. composita primus ostendit 44 (in quis cum Horatio 11, ut inaratus, inemptus . .). E Vergilianis Tibullus cum Propertio referunt 2, Ouidius post Verg. primus 9: immedicabilis, immotus, implacatus, indefessus, inexpletus, infaustus, innocuus, inoffensus, inopinus, — idem cum poetis uel conscriptoribus, ut Liuio, natu certe maioribus 12, ut implumis Met. VI, 716 (Hor.), inualidus (Liu.). De reliquis Vergilianis post ipsum 1 nemo agnoscitur habere (improperatus), 3 recc. demum habent (infabricatus, insalutatus, insincerus), 15 pA, ut impastus Lucan., inspoliatus Quint., . .

spumifer (Prop. V, 7, 81) p, *taedifer*, *tridentifer*, uelifer (Prop., Luc. I, 495, all.) p, uenenifer (35 Ouid., in quis sing. 16, cf. D n. 60), belli-**ger** p, *bicorniger*, 290 *clauiger* (claua), *clauiger* (clauis), *ensiger*, lauriger (Prop. V, 6, 54 al.) p, liniger p, *penatiger*, piniger p, securiger p, *tridentiger* (11: sing. 6, cf. D n. 61), amni-**cola**, 300 *Junonicola*, *Marticola*, *Monticola*, ruricola p, *angui*-***gena***, *Appenninigena*, aurigena, draconigena, Faunigena p, *Janigena*, 310 *ignigena*, *Junonigena*, *Latonigena*, Martigena p (Sil., Stat. Th. X, 103), *rurigena*, *serpentigena* (12: sing. 8, cf. D n. 67); *fati*-*cinus* angui-comus p, portenti-**ficus**, saxificus p, 320 *flori*-***legus***, *frugilegus*, *turilegus*[2]), magni-loquus (Tac.), *gemelli*-*parus* aeni-**pes**, anguipes p, *flexipes*, ignipes p, *serpentipes* (cf. nr. 235 et C n. 10), 330 *lucti*-***sonus***, (undisonus p): cf. 159, 174; —

culte (Fast. V, 668 *loqui*), furialiter, genialiter, *getice*, innocue (Suet.), *iuuenaliter*, *sarmatice* (cf. 335), tenaciter; —

340 *apic*-***atus***, (argutare), cacuminare (Plin., Sid.), capistrare, circinare, concauare, cothurnatus (Sen.), fuscare (Senecae), [hederatus], inhonestare, 350 lacunare (Plin.), (*lunare* [-tus Verg.]), manifestare, odorare (-tus Verg., all.), perennare, *[pullare]*, spissare (Cels., Sen. ep. 90, 10, Plin., ..), spumescere, superbire (Prop.), trabeatus, 360 truncare (-tus et Liu. XXXI, 23), uittatus (Plin.); —

ad-censere (accensus antt.), affundere, aggemere p, admugire, *adporrectus*, adsonare p (Pers.), adsternere [adstrepere Calp. 4, 2, Sen. tr., Tac., Pl. ep.], 370 adstupere (Sen., Stat. Th. II, 13 al.), attonare (et Maec. ap. Sen, — attonitus Sall., Verg., ..), **circum**-pendere, *circumplaudere*, *circumuelare*, ***con***-*labefactare*, confremere „M. I, 199" p, contemerare (Mart), contumulare, ***de***-*dolere*, 380 *defrenatus*, *degrandinat*, *delamentari*, demadescere (-uisse), *demugitus*, *demurmurare*, denubere, deplangere p (Herc. Oet. 1856, pstt.), depudet (Sen.), *deuelare* (cf. 451), 390 * deuenerari

---

2) Cf. dentilegus Plaut., fatilegus Lucan. (al. sacrilegus), recc. aquilegus, ossilegus gl., uerbilegus, — aurilegulus Cod. Theod., conchylilegulus ib., murilegulus ib.

noue (al. Tib.)[3]), ***di**-laminare*, **e**-iaculari, ematurescere (-uerit), *emoderari*, *emodulari*, *epastus*, euestigare (Sen. rh.), exspatiari, exstimulare (Plin., . .), [400]exululare p, **in**-maduisse (Plin., — immadescere recc.), inacescere, *incalfacere*, innotescere, insibilare p, instimulare p (et Stat. Th. I, 715), intabescere (Sen. . ., intabuissent Hor.), intepescere (Sen., . .), intumescere (**-ui**), [410]**ob**-murmurare, obsuere (Sen. rh., all., cf. 427, 459), **per**-arare p (Sen. tr., Sid.), perhorrere Trist. V, 9, 15, *perlatere*, permaturescere, ***prae***-com-positus (cf. 417—9, 421, 434, 457, sq., 366, 448), *praeconsumere*, *praecontrectare*, *praecorrumpere*, [420]*praecutere*, *praedelassare*, praefocare, praemedicare, praemori (Plin., pstt., — praemortuus et Liu., all.), praeradiare, praesonare p (Calp.), praesuere (Plin.), praetentare (et Tib., — Plin., . .), praetingere, [430]*praeuerrere* (et Moret.), praeuitiare, [pro-satus ecl. X], **re**-calfacere (cf. 403), *recandescere*, recomponere (Pl. ep., Veg. uet.), recuruare, *redardescere*, reformare, refouere (Sen. rh., Plin., . .), *relentescere*, [440]remoliri p (Sen. tr., . .), remollire, renere p (cons. ad Liu.), repectere p, *resaeuire*, resanescere, *reseminare*, resequi, resumere, resuscitare, retendere, [450]reualescere (Tac., pstt., — cf. 383, 93, 401, 2, 4, 7, 8, 9, 15, 33, 35, 39, 45, 357), reuelare (Tac., pstt.; — 20 re-: 5 sing.; Vergilius 13, quorum sing. est nullum, 1 recc. demum usurpant: recalere, 7 etiam Ouidius, ut recingere, renarrare . .), (***se**-uehi*), **sub**-edere, subnasci (Sen., Plin.), subrubere, ***super**-auratus* Hal. 106, superincumbere p, (superobruere), **trans**-suere; — [460]pauefactus p (Sen. Herc f.), rubefacere p, tumefacere (et Prop.) p, (uelificare [Plin., Juu., Julian ap. Aug. c. Jul. [2]II, 2: ut erecto cornu uelificet dogma populare]); — *esuritur *pass. impers.*

Inter suprascriptas uoces Ouidianas c. 160, h. e. amplius 0, 36, uidentur esse Ouidii singulares, — 64 apud recc. demum noscuntur usurpari. Cetera, plus dimidiam partem omnium, in argenteae latinitatis apparatum uocabulorum re-

---

3) 12: sing. 8, cum Vergilius cum de- composita uerba primus habeat 6, ut debellare (Hor.), despectare (Ou.) . ., singulare nullum, Horatius 4: *denormare* al. Grom.), *deproeliari*, denatare, desumere.

cepta esse uidemus siue a u c t o r e Ouidio seu certe post illum. Sed horum paene $^3/_8$ a poetis tantum per ea quidem tempora uidemus adhiberi, 24 L. Senecam, 40 Plinium maiorem primos habere inter prosarios [4]).

II

Vocum addendarum lexicis*)

et testimoniorum uocibus acquisitorum**)

spicilegium nouum

bipartitum:

A

ex Hilarii Pictauiensis (+ 367) potissimum scriptis collecta.

a b b l a n d i r i: Hilar. Pict. in psalm. 140, 6 'mulier . . abblandiens pellexit' (cf. Forcellini Lex. tot. Latinit. ed. noua cur. D e - V i t s. u.). — a c c e l e r a t i o: auct ad Her., Hil. in ps. 119, 11' accelerationem regni coelestis orandam'. — *accinctus*, us: Hilar. in ps. 64, 8 (potentiae) al, Hier. (331—420). — a d u e r s a t i o: Sen., Tert., Hilar. Trinit. IV, 41 'cum aduersatio eius plena confusionis sit et pudoris'. — a l l e u a t i o: propr. Quint., manuum Hil. in ps. 140, 3, transl. Cic. — *anathematizare:*

4) In Meletematum specimine priore praeterita sunt: in S a l l u s t i a n i s: praedabundus (p. 1), in V i t r u u i a n i s *abstantia* „IX, 4, 11" (p. 10, l. 19), in C o l u m e l l i a n i s *asserculus* (p. 22, l. 11 ab i.), *pulicosus* (p. 23, l. 12), in P e t r o n i a n i s: n u m m u l a r i u s (p. 28, l. 1), in P e r s i a n i s *palpo*, onis (p. 31, l. 24), in S u e t o n i a n i s *luculus* uit. Hor. (p. 34, l. 12), in app. p. 44 l. 4 *cumbula*, ib. n. 25 exaperire. Denique p. 41 l. 5 ab i. scrib.: quaternarius, p. 42 l. 12 del. ostiolum cl. p. 29.

*) Quae uoces literis *o b l i q u i s d i d u c t i s* expressae sunt. Si non ab omnibus lexicis omnia, at certe a C. F. Georges lexico manuali optimo haec ita insignita absunt omnia.

**) Si testimonium accedit pridem cognitis a n t i q u i u s, uox literis *obliquis* non diductis expressa est.

Hilar. oper. histor. fragm. 2 col. 648 Migne al., Vulg., Hier., all. — *appropiare:* S. S Ps. 54, 10 ap. Hilar. ad l. 'liberabit in pace animam meam ab his qui appropiant mihi', Hil. l. l. et s. 17 ,non ministerio fidei appropians, sed irae Dei', Vulg, Hier., all. — *arguitio*: S. S. Hos. (Rönsch Itala p. 513), Hilar. in ps. 118 lit 3, 19 'ut, etsi digna arguitione habeamus, non tamen arguamur', ib. inf. et al, intpr. Iren. — aspernatio: Cic., Sen. De ira II, 2, 1 al., Hil. in ps. 122, 12 (ex ipso psalmo) al. — **blandiloquentia**: Enn. fr. s., Hil. in ps. 139, 4 'nostra quoque uita.. quo fraudulentae blandiloquentiae ueneno appetitur?'. — certificare: S. S. uers. uet., intpr. Ignat., frgm. metr. Vindob. u. 21 (Gramm. lat. ed. Keil t. VI p. 646). — ceruicosus: Commod., Hil. in ps. 128, 8 'cum ceruicosum populum esse Moyses ad Deum arguit' (Vulg. Exod. 32, 9: quod populus iste durae ceruicis sit), gloss. — *circumamburere:* Hilar. Trin. X, 45 'quaero, an circumamburi se flammis doluerint' (tres pueri: Dan. 3). — *circumsaeuire:* Hilar. in Matth. 10, 13 'circumsaeuientibus et lupis et haereticis', Greg. M. (Quicherat Add. Lex. Lat. s. u.). — *circumsplendere:* Hilar. in Matth. 17, 2 'toto claritatis suae habitu circumsplendet'. — *clericalis*: Hilar. op. hist. fr. 2, 11 (dignitas), Sidon., Gelas. ep. 7, Alcim. Auit. ep. 66. — coagulatio: Plin., Hilar. op. hist. fr. 3, 20 'ex hac coagulatione atque ex perditorum congregatione', „Rufin. Recogn. III, 4", Isid. ord. creat. 6, 2 (I s. u.). — *coaptatio*: Hilar. in ps 65, 1 'psalmus ex coaptatione (quam harmoniam nuncupant) organi comparatur', Augustin (354—430) gen. ad lit. X, 21 al. — coemptor: App., Hil. in ps. 131, 11 'areae huius coemptorem'. — *coexsulare:* Hiiar. Trin. X, 4 'ut .. in eo coexsulare ueritas intelligatur'. — *cohabitatio:* Hilar. in Matth. 10, 6 'neue.. cohabitatione probrosae familiae polluantur' al., Aug., Hier. (?) in ps. 43 (III* p. 5), Hormisd. (sec. VI in.). — *coimaginare:* Hilar. Trin. VIII, 48 'utrum infinitus Deus per .. imaginem coimaginari possit ad speciem', id. synod. 15 al. (cf. D s. u. cum add. p. 293). — *coinnascibilis:* Hilar. Trin. IX, 57 'tametsi non consecuta sit (natiuitas e Deo), ut coinnascibilis effecta sit, accepit tamen ex innascibilis Deo esse quod Deus est'. — collaudatio: auct. ad Her. et Cic. ss. ll., Hil. in Mtth. 27, 8 'collaudatione eadem iubetur in gaudium Domini introire' (Mtth. 25, 23),

Cassiod. in psalt. (III). — *combinatio*: Hilar. in ps. 140, 7 'unitas fidei est, at uero combinatio consortium factionis' al., Diom. III p. 504 K. 'combinatis pedibus, id est singulis combinationibus' (sc. dipodiis), gloss. — *commaerere:* Hilar. in ps. 68, 18 'consolantem commaerentemque non habuit', gloss. — *concaptus:* Hilar. in ps. 125, 10 'populo captiuo a peccatis propheta concaptus est'. — concorporatio: Tert., Hil. in Mtth. 6, 1 'ergo et concorporationem (alii libri: incorporationem) Verbi Dei et passionis mysterium et uirtutem resurrectionis non promiscue tractare nos conuenit'. — *concrematio:* Hilar. in Matth. 2, 4 'infructuosarum arborum caede et concrematione', id. Trin. V, 21 'ignem in rubo sine concrematione rubi contuens', Aug. in Hept. IV, 33, Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 26, Fulg. M., Primas. in Hebr. 10 (cf. IV s. u.). — [30]*condicionalis:* App. dogm. Plat. III p. 263 Hild.[5]), Tert., ICti, Seru. — *conformabilis:* Hilar. in ps. 129, 4 'si qui corporeum Deum et conformabilem (sc. homini) et membris diuersum . . ob id esse existimabit, quod dictum est: Faciamus hominem ad imaginem . . nostram' (conformalis Tert., conformis III* p. 7 et Hil. in ps. 135, 5 'conformes corpori gloriae Dei' — cf. Phil. 3, 21 — et al.). — confrequentare: Col. dub., Jul. Val. „I, 42", Hil. in ps. 137, 4 'ad confrequentandam hanc ciuitatem', Prud., inscr. — *connuncupare:* Hilar. Trin. VI, 50 'usque adeo, ut adoptionis

---

5) In libro de dogmate Platonis tertio, quem Appuleio plerique abiudicant, hae exstant uoces (uel uocum significationes) peculiares, quippe quae neque in ceteris qui Appuleii Madaurensis nomine feruntur libris neque apud alios scriptores aetate superiores adhuc sint inuentae, nonnullae etiam (quas diductis literis expressimus) ne apud ullum quidem alium scriptorem, si Martianum Capellam excipimus, qui ex hoc ipso libro aliqua in suum artis dialecticae tractatum transtulit: abdicatiuus (M. Cap.), declaratiuus, dedicatiuus . . (bina punctula uocem saepius occurrere significant), illatiuus, praedicatiuus, * subiectiuus . . (M. Cap., al. Tert., Scaur.), substitutiuus, * acceptio (C p. 1*), aequipollens . ., condicionalis, conuersibilis, falsitas p. 267 al., hinnibilis, illatio . ., incongruus, indemonstrabilis, * instruere trnsl. (opp. destruere) p. 266 sq., particularis et -riter, pronuntiabilis, protensio, reflexio, reflexim (M. Cap,), subneuter p. 266 al. Quod autem haec talia uocabula, ex argumenti quadam necessitate pleraque prognata, in hoc logicae tractatu tantum, non item in ceteris scriptis Appuleianis leguntur, inde sane ad quaestionem, sitne an non sit is liber Appuleii, uix quidquam colligi potest, cum praesertim quaedam tamen uoces speciatim Appuleianae in hoc quoque libello compareant, utputa cachinnabilis, directim, coniugatio.

nomen indulgeas, ut creaturam connuncupatam filium mentiaris', ib. 44, id. de synodis 33 'non admittit uno atque eodem nomine potestas connuncupata dissimilitudinem potestatis' al., Mar. Merc. — consectatio: Cic. et Plin. ss. ll., Hil. in Mtth. 4, 28 (humanae laudis), Jul ap. Aug. c. Jul.[2] (h. e. contra secund. respons. Juliani) IV, 55 'hanc ecclesiarum contaminationem, quam de Manichaei consectatione uomuisti', Ps. Rufin. comm. ad Oseam I, ad 2, 5—7 (I). — *conspicabilis:* Hilar. in Matth. 17, 2 'ut et humanis corporibus decreta esse resurrectionis gloria doceretur, cum quando Moyses conspicabilis astitisset', id. Trin. I, 4 'creaturarum corporeas conspicabilesque formas in elementis terrenis et coelestibus adorabant' al., Phoebad., Hier. in Os. I, ad 2, 14, Aug in Job 1, 1 (IV), Prud., Sulp. Seu., Sidon., all. — *consummate:* Hilar. in ps. 118 l. 11, 5 'c. sanctus', Hier. Did. spir. snct. 8, Aug. gen. ad lit. VI, 11, 19 — *contemplabilis *pass.*: Hilar. Trin. VIII, 48 'corpoream et contemplabilem imaginem', Chalcid., act. Amm.; cf. B n. 39. — *contramilitare:* S S. Rom. 7, 23 ap. Hilar. in ps. 98, 3 'legem in membris meis contramilitantem (Vulg.: repugnantem) legi mentis meae'. — contristatio: Tert., Hilar. in ps. 41, 8 'fieri non potest, ut proiiciens animam suam in mortem non aliqua contristatione turbetur', Cassiod. in ps. 68, 22 (III), Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. II, 11. — [40] * *conuersio:* Hilar. in ps. 119, 2 'ipsa conuersio deprecandi maxima pars ac spes est salutis', Aug., Salu., all. eccl. — corporalitas: Tert., Hilar. in Mtth. 3, 14 'natiuitatem Domini nostri . . et corporalitatem et passionem . .', Cl. Mam. an. (B n. 17), Cassiod. de anima 2 p. 629 Garet. — *corresurgere:* Hilar. in Matth. 10, 25 'in qua (cruce) compatimur, . . consepelimur, corresurgimus', Rufin., Primas. (D). — declaratio: Cic. ep., App. dogm. Plat. III, Hil. in ps. 118 l. 22, 3 'ut, cum rerum dictarum sit percepta cognitio, tum agnitionis ipsius declaratio consequatur'. — *dehonestas:* Hilar. Trin. XI, 6 'neque formam serui usurparent ad formae Dei dehonestatem', Acro (A); cf. dehonestatio Tert., Hil. in ps. 143, 4 'dehonestatione potentes triumphantur, pace reconciliantur inimici', intpr. Aristot. Rhet. II, 6. — *demoratio:* Hilar. in ps. 138, 23 'loca humanae demorationis', Vulg. Prouerb. — desectio: Colum., Hilar. Trin. V, 37 'non per desectionem aut

deriuationem ex Deo Deus est', Cassian. Incarn. Dom. I, 1 'coeptae illius desectionis (capitum Hydrae) industrius appetitor', gloss. — *desolatio:* Hilar. in ps. 58, 7 'templi desolatio et ciuitatis euersio' al., Vulg., Salu., Cassiod. — *didrachma*, ae: Hilar. in Matth. 17, 11 'haec eadem didrachma .. poscebatur a Christo', Vulg. Macc. (didrachma, atis Hier., Sedul.) — [50]discretim: App., Hil. in ps. 138, 23 (cf. De-Vit). — diuisibilis: Tert., Hilar. in Matth. 9, 7 'non enim diuisibilis et comprehensibilis erat Deus, ut corpore clauderetur' al., Boeth. — *dormitatio:* S. S. Ps. 131, 4 ap. Hilar. in ps. 118 l. 4, 7 'si dedero .. palpebris meis dormitationem', it. Vulg. l. l. et Hier. in Naum 3, 18 sqq., atque alii (V s. u.). — efficientia: Cic., Lact. epit., Hilar. in ps. 131, 24 'lege non per uirtutem spiritalis efficientiae, sed per finem obseruantiae eius emortua', id. Trin. III, 18 'per inenarrabilium gestorum suorum inenarrabilem efficientiam' al., Jul. ap Aug. c. Jul. [2] VI, 37 (III), plur. anon. in Job II ex. 'mors apud Job mortua est cum omnibus efficientiis suis', Boeth. — *emanatio:* Hilar. synod. 20 'per emanationem aut aliquam passionem .. ab incorporali Patre incorporalem Filium subsistentem' al. (q. emissio, ut Trin. III, 17, uel deriuatio, ut ib. V, 37 — sup. s. u. desectio — al.), Vulg Sap. — *eructatio *transl.:* Hilar. in ps. 41, 12 'omnes eructationes iudiciorum Dei per uoces prophetarum inuenimus sonuisse'. — ad *exagitatio* A p. 26 et 19* (cl. D p. 52) add. Acr. ad Hor. S. II, 3, 208 (mentis). — *excommunicare:* Hilar. op. hist. fr. 11, 4 'Auxentium et Vrsacium .. excommunicatos habemus secundum literas uestras', Hier., cett. — exitio: Plaut, Hil. Trin. VI, 31 'post exitionem a Deo' al., inc. quu. ex N. Test (III). — *fluctura* (?): Acr. ad Hor. Carm. I, 25, 10. — [60]*fraudulentia:* Hilar. in Matth. 4, 23 'lex poenam posuerat periurio, ut fraudulentiam mentientium sacramenti religio contineret', ib. 22, 7 'quia .. humana simplicitas difficile fraudulentiam simulatae mentis intelligit', id. Trin. I, 25 'sextus liber omnem haereticae assertionis fraudulentiam pandit' al., Ambr. — *fruitio:* Hilar. (?) in Galat. 27 al., Hier. in Philem. ad 1, 20 (D p. 62), uers. Ignat. ep. ad Smyrn. 6 (C s. u), Rustic. contra Aceph. (C p. 25*), Thom. Thes. p. 210 — fundatio: Vitr., Hil. Trin. XI, 37 'ne creatio et fundatio fidem diuinae natiuitatis offenderet, sequitur: Prius

quam terram faceret, . . genuit me (Prou. 8, 25)' al., S. S. ap. Lucif. (De-Vit), intpr. Orig. in Matth. (I), Hist. trip. (III). — *immedicatus:* App. Apol. 76, Hilar. Trin. VI, 3 'non enim tantum . . immedicatae aegritudinis populosa contagia desaeuierunt'. — *imperscrutabilis:* Hilar. Trin. XI, 47 'inuestigabile et imperscrutabile ipse totus profundum est', Fulg. Rusp. Ad Monim. II, 8 in., id. praedest. et grat. 18 al., Cassiod. — impertitio: Arn., Hil. in ps. 145, 5 (sapientiae), Aug. in Joann. et Jul. ap Aug. c. Jul.[2]: III* p. 10. — *impetitus:* Ps. Quint. decl. q. inscr. Tribun. Marian. 5 'oportet ut obiectum crimen uel impetiti prodat confessio, uel inuicta manifestent indicia', Gelas. ep. 15 (C*), Cassiod. Var. et Hist. trip. — *incestuosus:* Hilar. in ps. 130, 3 'incestuosis et parricidalibus filiis parcit', Firm. math. (A). — *incognoscibilis:* Hilar. in ps. 143, 8 'quod enim meritum hominis est, ut ei se cognoscibilem Deus praestet, ut incognoscibilis natura cognitioni nostrae sese ipsa submittat?', Mar. Victorin., Candid. Arian., intpr. Iren., inc. uoc. gent. — *incomprehensibiliter:* Hilar. Trin III, 17 'Filium . . ex eo natum inenarrabiliter, incomprehensibiliter' al., Ambr., Hier., inc. quu. ex uet. Test. 21, Vigil. unit. Trinit. — [10]*increpator:* Cassiod. (D s. u.), Acr. ad Hor. AP 174, gloss. — *indeficienter:* Hilar. in ps. 118 l. 13, 2 'quod facit, indeficienter exercet', Aug., Ps. Aug. serm. II ad catech. 13, anon in Job I p. 23, Fulg. c. Fastidios. 14 'cui proprium naturaliter est incommutabiliter atque indeficienter uiuere', id. c. Fabian. frgm. 6 al. — indefinitus: Gell., App dogm. Plat. III p. 263 (propositio) al., unde M. Cap. — *indesecabilis:* Hil. Trin. X, 34 'desecca ad metum poenae naturae indesecabilis portionem'. — indifferentia: Gell., Hilar. synod. 36 (nominis), 41 (naturae), Mar. Vict., Hier. (Gg h. e Georges Lex. man. ed. 6), intpr. Iren. — indissimilis: Varr. L. L. dub., Hil. Trin. VII, 5 'indiscretae et indissimilis in Patre et Filio naturae . . unionem' al., Hier. (Gg), Rufin. Orig. π. ἀρχῶν II, 3, 4 (III), intpr. Iren., Hist. trip. (III). — *inebriatio:* Hilar. in ps. 64, 16 'terrae . . inebriatio et fluminis plenitudo', Aug. (D p. 81). — *inexquisitus:* Hilar. in ps. 118 l. 12, 14 'inexquisita et in-uestigabilia Dei iudicia', Cassian. (B), alii (cf. D l. l.). — infinitas: Cic. aliq., Hilar. in Matth. 14, 11 'ex Israel populi infinitate

uirorum quinque milia crediderunt', id. Trin. II, 31 al., Mar. Vict. (De-Vit), Amm. s., Aug. uer. relig. 43 (III) al., uet. intpr. Arist. Rhet. I, 13. — inhonoratio: S. S. Prou. ap. Cypr. (IV** s. u.) et al., Hil. Trin IV, 41 'Patrem filii inhonoratione contemnes' al., Hier., intpr. Ar. Rhet. I, 13. — 80 *innumerosus:* Hilar. in ps. 122, 6 'quibus dii plures sunt innumerosique domini', Juuenc., Petr. Chrysol. (C*), Cassian., Coripp. — *insalutaris:* Hilar. in ps. 118 l. 13, 11 'cupiditatum insalutarium febris'. — *in-scrutabilis:* Hilar. Trin VIII, 38 'inscrutabilium iudiciorum (Dei) confessam inintelligentiam et iuinuestigabilium uiarum demonstratam ignorationem' (Rom. 11, 13) et p. inf., Vulg., Aug., Prosp. — interceptio: Cic. s., Hil. in ps. 51, 18 al. (VIII p. 173 s. u), Hil. (?) in Gal. 68, intpr. Iren., Cassiod. (III), all. postt. — intersecare: Vitr., Stat. (a p. 44), Auien. perieg. 940, id. or. mar. 632 al., cett. — inuisibilitas: Tert., Nouat. (C*), Phoebad. (ib.), Hilar. synod. 15, Rufin. (C*), Aug. (III), intpr. Iren., Arnob. iun. — *inumbratio:* Hilar. Trin. II, 26 'ut ad sementiuam ineuntis Spiritus efficaciam substantiam corporalem diuinae uirtutis inumbratio temperaret' al., M. Cap. — irreligiositas: Tert., Hilar. in Matth. 5, 13 'ne . . inexpiabilis irreligiositas contrahatur', id. Trin. I, 36 'amotis uitiosarum praemeditationum . . irreligiositatibus', ib. 23 al., intpr. Iren. — iuuamen: Hilar. (?) in Gal. 64, auct. hist. Datian. (De-Vit), Boeth., Cassiod., Acr (C*). — legumlator: Liu. XXXIV, 31, 18, Quint. Inst. VII, 8, 13 al., Quint. decl. 329 'interpretanda nobis legis ipsius uoluntas est . . ego mihi arbitror pauca pro legumlatore esse dicenda, ne tam obscure hoc occulteque scripsisse uideatur', 334, 340 al.[6]). — 90 *lubricatio:* „S. S. Dan. 11, 32

---

6) Haud pauca in declamationibus Quintiliano adscriptis exstant uocabula Quintilianum redolentia, quae is quidem in Inst. Orat. aut omnium, quantum scitur, primus, aut cum aliis uett. haud multis, aut certe quidem frequentius aliis usurpauerit, ueluti: abolitio d(ecl.) 294 al. (cf. a n. 7), allegare quid (Inst.) IV, 1, 16 al., d. 340 s. f. al., audentia XII, pr. 4, decl. trib. Mar. 3, coaceruatio IX, 3, 53 (Cic.), d. 5, 12, colluctatio XI, 3, 56, d. 5, 15 al., *confusio (q. perturbatio animi) „XII, 5, 3" (Vell., . .), d. 2, 21, consignatio d. 325 (cf. a. l.), constitutor „III, 6, 43" (legis), d. 279 (it.), 264 (iuris), 320 (ciuitatis), consummatio VI, 1, 55 al., d. 4, 17, intellectus, us I, 4, 22 'peruenire ad intellectum sequentium' et freq., d. 324 'quantum recedas ab intellectu iuris huiusce' al., irrationabilis II, 16, 16 in codd., d. 325 (App., — adu. Tert. —, Lact., postt.),

Wirc.", Eustath. Hexaem. (B), Cassiod. (III). — ludibriosus: Gell., Hilar. in ps. 41, 11 'in ludibriosum habitum componitur, exsultat et subsannat inimicus', Firm. m., Amm. — *malefidus:* Ouid. Ib. 85, Amm. et Rufin.: A p. 17*, „Boeth. consol. I, 1, u. 17", Coripp. (C p. 25*). — *manducatio:* Hilar. in ps. 127, 6 'non hic manducatio corporalis est', Aug (D p. 227 del.). — *manifestatio:* S. S. I Cor. 12, 7 ap. Hilar. Trin. VIII, 29 'unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad id quod utile est' (cf. Vulg.), Hilar. 1 l. et ib. 30, id. XI, 9 al., Hilar. (?) In Ephes. 40, Aug. all. — *mensurare:* Hilar. in ps. 15, 8 'fuit consuetudo uetus, ut et fines possessionum in funiculo mensurarentur', Mar. Vict. in Gen. (De-Vit), Vulg., Veg. m., Coripp., intpr. Ar. Rhet. II, 12 al., part. mensuratus et Grom. (lib. Colon.), Boeth. Geom., Cassiod. — *mensurate:* „intpr. Orig. in Mtth. 89", Caes. Arel., Bened. Reg. et Cassiod.: D. — mirabundus: Liu., Curt. IX, 9, 26 'unde tantum redisset subito mare, quo pridie refugisset, . . mirabundi requirebant', App. — *munerator:* Hilar. Trin. II, 7 'nemo sibi ipse et munerator et munus est', Aug. (III), Paulin. Nol. (C*), Salu. — murmuratio: Sen., Plin., Hil. in Matth. 8, 6 'murmurationem eorum Dominus introspicit dicitque . .' (Mtth. 9, 4), Vulg. —. [100] * *nubere* i. nuptum dare: Hilar. in Mtth. 4, 22 'si alii . . nubenda sit', pass. et Vulg., Hier., et part. nuptus vulgo. — *nuncupatiuus:* Hilar. Trin. IX, 1 'ut id quod non solus est Filius, sed quod in eo manet Pater, neque solum manet, sed et operatur . ., non sint nuncupatiua, sed uera', Ambr., intpr. Orig. in Isai. 6, 5, Fulg. Ad Trasim. I, 6 (III). — obsignatio: Gell., Hil. in Mtth. 33, 8 'sepulcri custodia atque obsignatio', trnsl. Tert. — ordinator: Sen., App. Hil. Trin. IV, 12 'omnium creatorem, ordinatorem et dispositorem inconuertibilem', Rufin., Aug. (I), „Felic. II pap. ep. 11, 2", Dionys. Exig., Isid. (I). — *parricidalis:* Quint. decl. 4, 19 et 17, 18, recc. — *peccamen:* Hilar. in Matth. 18, 10 'quando omnium omnino peccaminum ueniam Deus nobis suo

---

persona concr. IX, 2, 33, II, 1, 9 et saep., d. 325 'oportet inueniri personam, quae possit esse sub tutela' al., scholasticus adi. XI, 1, 82 (materia), IV, 2, 92 (controuersia) al., d. 338 (mat., contr.), uirilitas V, 12, 17 (excisa), d. 340 s. f. (it.). Qui declamationes istas perlegent, id quod taedio fatigatus a me impetrare non potui, haud dubie talia inuenient plura, licet in alteram quoque partem multa.

potius munere, quam nostro merito largiatur', ib. 25, 5 'neque aliqua corporis indumenta desideret, ob quae reuersus (sc. ad curas pristinas) ueterum exinde peccaminum, quibus antea contegebatur, erit tunicam relaturus' al., Gaudent. Brix., Prud., Oros., Hier. (?) in Job 30, Bacchiar. repar. lapsi 21. — peractio: Cic., Hil. in ps. 118 l. 4, 8 'licet infirmitatis suae conscius, . . tamen per timorem Dei a peractione peccati omnis alienus est'. — *perinualidus:* Curt. IX, 6, 2 'quies perinualido adhuc necessaria'. — perstruere: Vitr., Hil. op. hist. fr. 2, 30 'subtrahentes antecedentem consequentemque sententiam, aptam doctrinis suis sub Apostoli nomine perstruunt falsitatem', Rufin. (I), Paulin. Petroc. — pestifere: Cic., Hil. Trin. VII, 3 'pestifere, natum Jesum ex Maria, Pannonia (h. e. Photinus Sirmiensis episcopus) defendit', Eucher. — [110]*praecinctio *propr.:* Hilar. in Matth. 2, 2 'zonae praecinctio efficax in omne bonum est apparatus', Gaudent., Coelestin. pap. ep. 4, 1 (B). — praedabundus: Sall., Liu., Curt. VIII, 1, 5 'incomposito agmine solutisque ordinibus praedabundus sequebatur' (cf. nr. 97). — *praefiguratio:* Hilar. in Matth. 9, 9 'ratio totius superioris praefigurationis', id. in ps. 118 l. 3, 3 'scit nos secundum praefigurationem legis emundandos esse' al., Hier., Aug., P. Nol., intpr. Iren., Vig. Taps (III* p. 23 et B n. 19). — **praenotare:* Hilar. in ps. 15, 1 'tituli inscriptione praenotatur iste psalmus' al, Hier., Aug. — **praeseruare* (préserver): Hilar. in ps. 118 l. 16, 3 'liberum se a terrenis dominationibus praeseruauit', al. C. Aur. — *praesumenter:* Hilar. op. hist. fr. 3, 27 'defendebat Athanasium praesumenter atque audacter, hominem cuius nec testes nouerat nec accusatores', Aug. (IV), Cassiod. — *praeuaricator (ap. eccl.): S. S. uers. uet. et Vulg. (legis), Tert. „adu Marc. IV, 43 (ueritatis), id an. 25 (naturae et artis)", Cypr., Lact. inst. II, 16 (Dei), Hil. in ps. 118 l. 15, 11 'nos praeuaricatores eos existimamus, qui susceptam fidem et cognitionem Dei adeptam relinquunt' al., Aug., alii — *proficienter:* Hilar. Trin. I, 22 'tertius liber, etsi sensim, tamen iam pr. incedit', Aug (C p. 26*), Leo M. (B), „Prosp. in ps. 120, 5, Cassiod. in ps. 133, 2". — *prolatio: Cic. (exemplorum), Lact. (uocis), Aug. (sententiae, et sim.), Facund. (documentorum); Tert. (Nus simulac cepit prolationis suae officium, emittit . . ex semetipso Sermonem et Vitam),

Hilar. Trin. IV, 3 'partem eius unius substantiae et quasi prolationem extendens' al., Philastr. (prolationes factae sunt Angelorum atque Virtutum), Rufin. (III* p. 15, cf. I et III s. u.). — *prolatiuus:* Hilar, synod 45 'si quis insitum et prolatiuum uerbum Dei filium dicat, anathema sit', Philastr., Ambr., Aug. serm. ed. Mai., Mar. Merc. (C*), intpr. Iren. — [120] *prolongare:* S. S. Ps. 128, 3 ap. Hilar. in eum ps. et Vulg. 'prolongauerunt iniquitatem suam', Hil. in 119, 13 'non incolatum, sed prolongatum incolatum suum queritur' al., Hil. (?) In Eph. 7, Vulg. al., Aug. serm. 9, 2, alii (De-Vit). — *promergere:* Hilar. in Matth. 21, 10 '(fructus) cum grossis ceteris promergentes', Ambr. — *prophetalis:* Hilar. in Matth. 2, 2 'fit sanctificatum habitu prophetali, quidquid in nobis uel inutile fuerat ante uel sordidum', id. ib. 23, 4 'ita quidem publica opinio accipit, de resurrectionis condicionibus nihil scripturis prophetalibus contineri' al., Hier. saep., u. c. in Abac. I, 2, 2 sqq., Gaudent (C*), Petr. Chrys. (ib.), [Rufin.] comm. in Os., Jcel, Am. (ib.), Cassiod. in ps. 16 s. f., Ven. — *protestatio:* Hilar. Trin. I, 27 'cum ipsa quoque Dominus .. natiuae ueritatis suae protestatione docuisset' al., Vulg., Symm., Leo M (C*). — *putatiue:* Hilar. Trin. VI, 5 (in Arii epist.): natum non p., sed uere, Philastr., Hier., intpr. Iren., all. — *recolere: ad III s. u. add. Hilar. Trin. I, 17 'recolens hoc .. sibi salutare esse' al., Zen. (D p. 279). — regerminare: Plin. Calp. ecl. 4, 111, Eges. (I). — separabilis: Cic., Hil. Trin. I., 16 '(ut) a ueritate unius Dei separabilem eum faceret', Aug. (III). — *septiformis:* Hilar. in Matth. 12, 23 'quae in eo multiformis illa Dei sapientia septiformi gloria collocauit', Ambr., Optat., Tichon., Aug., Gaud., all. — *significantia q. 'significatio: Non. (D n. 84), Tert., Jul. Val., Arn., Lact., Hilar. in ps. 31, 5 'cuius uerbi (iniquitatis) magis aptior est significatio in graeco: anomian (γρ. ansdayan) enim uocant, per quod significatur tempus, quo sine lege uixerit mundus', id. in Mtth. 10, 2, 17, 2 al., intpr. Iren. — [130] simulamentum: Gell. (in inscr.), Hil. in Mtth. 6, 5 'hypocritarum simulamenta'. — sputare: Plaut., Ouid. Met. XII, 256 'atro mixtos sputantem sanguine dentes'. — *stellificare:* schol. Ouid. Ib. 609 'Jupiter eam cum cane .. translatam stellificauit'. Hoc uerbum et 'lenificare' (Rönsch It. p. 516) subindenda sunt lateroulo uerborum in

-ficare recc. D n. 6 c. add. p. 224 et 294. — stultiloquus: Plaut., Hil. Trin. X, 65 'stultiloquam ignorationem', Hier. (III). — *subsecundare:* Hilar. in Matth. 7, 8 'neque enim res intelligentiae, sed rei intelligentia subsecundat' [7]). — subtegere: Jul. Val., Hil. in ps. 146, 7 'subtecto nubibus coelo', ib. 9, Aug. (D p. 165), gl. Plac. — *supercreatus:* Hilar. Trin. IV, 12 'postmodum natum uel supercreatum in filium', VI, 5 (eadem totidem uerbis), Coel. Aur. — *supereminentia:* Hilar. Trin. XI, 4 'cum adiiciunt ad supereminentiam laudis, solum bonum (esse), solum potentem . .', Ambr., Aug. gestt. Pelag. 30, 55 al., Cl. Mam. (B n. 24). — superimminere: Verg., Auien., Hil. in ps. 124, 3 'mons superimminens'. — supplantatio: „S. S. Ps. 40, 10 uers. uet. et Vulg.", Hilar. in ps. 139, 5 'in plurimis (exprobrat) cogitatas supplantationes, absconsos laqueos, extensas funium captiones' al., Ambr. — 140 *theoteta:* Hilar. in Matth. 16, 4 'theotetam, quam deitatem Latini nuncupant', 26, 5 (cf. nr. 49). — *tractatus, us q. tactus: Plin., Quint. decl. 2, 17 'grauior dexterae tractatus errantis'. — *transcursio:* Hilar. in ps. 137, 4 '(praedicatio regni Dei) in omnem terram indefessa mobilitate . . trans-

---

7) Praeter sublectas nostra opella complures etiam aliae Hilarii Pictauiensis scriptis insunt uoces nouiciae, iamdudum cum ab aliis tum a De-Vit in lexica regestae, partim illae quidem Hilarii, ut uidentur, singulares, ut sunt: cointemporalis, connominare synod. 32 al., demactare op. hist., diapsalma, ae (in ps. 139, 5 al.) et diapsalmus, disproficere, frequentabilis, inconceptibilis, indemutandus, indemutatus, inenarrandus (cf. B n. 44 extr.), inexcessus, ininitiabilis, lucificare, particulatus, praeceptio, saluificator, aliae, partim post eum ab aliis quoque adhibitae, ueluti: inconspicabilis, incunctans, inemendatus (Seru.), innascibilitas Trin I, 35 et saep. (Vigil. Taps.), inpacificus, insubstantiuus, obseratio, reliqua. Non immiscui his exemplis illas alias uoces, quae ex editis nuper a Pitra (Spicil. Solesm. t. I) ad Pauli Epp. commentariis innotuerunt, quos equidem Hilarii Pict. esse non credo, ueluti: demiratio . ., demirabilis . ., praehonorare, praehonoratio, praehonorabilis . ., insuadibilis, capitulatio, incircumscriptio, opificatio . ., miserabilitas, nocibilitas . ., uertibilitas, allegorista, supercustodire, superoptare. Occurrunt profecto ibi quoque uocabula quaedam Hilario plus minus familiaria, utputa inenarrabilis In Eph. 45 al., manifestatio, prolongare. Verumenimuero nusquam equidem in istis commentariis, quintum potius, ut mihi uidebantur, quam quartum seculum redolentibus, ullum deprehendi uocabulum neque ex illis supracriptis Hilarii peculiaribus, neque ex his, quae omnium recentioris notae uocabulorum longe familiarissima sunt Hilario, quibusque sua, ut ita dixerim, quasi obsignasse uidetur, ut demutatio, demutabilis, indemutabilis.

currit, . . per hanc uelocem transcursionem aedificatio beatae huius ciuitatis est coepta', Ambr., [Rufin.] comm. in Os. III, ad 13, 6 (C p. 22 *), Cod. Just, Cassiod. in ps. 72, 14 'eius (uenti) impetu et transcursionibus uerberamur'. — *transfingere:* intpr. Iren. I, 9, 1 al., poeta ap. schol. Ou. Ib. 257 'repulsa dolens transfingit crimen in illos', Verecund. (C). — *transformatio:* Hilar. Trin. XI, 37 'in habitu Dominus gloriosae transformationis suae constitit, regnantis corporis sui claritate patefacta' (Mtth. 17, 2), Aug., intpr. Orig. in Mtth. 100. — *transgressio:* Hilar. in Matth. 2, 3 '(diabolus) in hominis transgressionefuit perfidus, hic (Abraham) uero iustificatus ex fide est', Ambr., Aug. — transgressus pass.: Liu. (?), Hilar. in Mtth. 12, 5 'transgressae legis'. — *translatio: Quint., Hilar. synod. 9 'ex graeco in latinum ad uerbum expressa translatio affert plerumque obscuritatem', id. in ps. 59, 1 'translatio illa seniorum LXX et legitima et spiritalis', id. in ps. 118 l. 12, 14 'non posse satisfactionem intelligentiae ex latinitatis translatione praestari' et freq., atque ita *translator in ps. 133, 4 'reperi quosdam ambiguos circa hoc "in atriis domus Domini" (u. 1) fuisse, dicentes idcirco a translatoribus primis adiectum esse, quia sub iisdem uersibus sequenti psalmo (134, 2) contineteur' al., Hier. — *transmigratio:* Hilar. in Matth. 1, 2 'usque ad transmigrationem Babylonis', Vulg., Prud. — uectio: Cic. s., Hil. in Mtth. 21, 1 'tot animalium ferocitates uectio Deo factae sunt'. — *uiduatus: Lucr., Vitr. V, 7, 7 'si architectus . . ingenio mobili solertiaeque non fuerit uiduatus'. — [150]uitiator: Sen. rhet., Quint. decl. 284 'uitiator pupillae tutor', 309, Aug. (III). — unanimitas: Pacuu., Liu., Hil. Trin. I, 28 'uoluntatis potius et unanimitatis quam diuinitatis asserunt ueritatem' al. — uniuerse: Cic., App. dogm. Plat. III p. 268. — [153]**uocatio:* Hilar. in Matth. 4, 15 'confitenti magnae in coelo uocationis gloriam pollicetur' al., Hier., Aug.

B

e uetere translatione Aristotelis Rhetoricorum*)

(Aristotelis Ars Rhetorica ed. Spengel t. I p. 178 sqq.)

delecta.

accensor: Aug. (D), (intpr. Arist. Rhet.) III, 2 (lampadum), al. gloss. — *acquisitor*: III, 2 'praedones se ipsos acquisitores uocant nunc'. — *addiscibilis*: III, 9. — *adducibilis* (εἰςαγώγιμος): I, 4. — *aegritudinalis* (νοσώδης): II, 24. — *aemulatiuus* (ζηλωτικός): II, 11. — [160] *aenigmatizare*: III, 2. — *aliqualiter*: Ps. Aug. (D), I, 2 'auditorem disponi aliqualiter' al. — *appretiabilis* (ὤνιος): II, 16. — *aquilinitas*: I, 4 'aquilinitas et simitas'. — *arguitiuus*: II, 4 'non arguitiui

8) Quae mihi uidetur non esse Guilielmi, quem unius codicis subscriptio nominat, sed alicuius aequalis fere Bōethio uel ipsius Boethii, quem multos Aristotelis libros de graeco in latinum transtulisse constat. Certe quidem multa admodum uocabula in ista translatione (non mala, sed ualde corrupta) inueniuntur, quae Boethii sunt peculiaria siue cum paucis aliis eiusdem fere aetatis siue solius, ueluti: acquisitiuus I, 9, aequiuocatio II, 24 al., aptitudo I, 6, augmentatio I, 8, II, 18 al., coassumere I, 1 al., commensurabilis I, 8, 19, communicatiuus II, 24, conseruatiuus I, 6, consignificare I, 13, concupiscibilis I, 11 (et Hier.), continuatim I, 13 al., conuersim II, 24, corruptiuus II, 5 al. (et Tert.), determinatiuus III, 17 (-ue Boeth.), discibilis III, 19, eligibilis I, 6 al., frigiditas I, 9, gustabilis I, 11, inconiunctus III, 2 al., inculpatio I, 13, innominatus III, 2 al., inuoluntarie II, 3 al. et -us II, 6, immanifestus II, 5 et saep., inopinabilis II, 23 al., introductorius III, 14, opposite II, 24, ostensiuus II, 22, paruipensio I, 10, II, 2, praedicamentum II, 7, proportionalis III, 6 al. et -liter I, 7, permutabilis I, 12 al., prodigalitas II, 14, respirabilis III, 9 al., subcontrarius I, 15, syllogizare I, 1, 2, II, 22 al., uenatiuus I, 11, alia. Complura etiam insunt Cassiodori quae habentur peculiaria, ut conclusiue II, 24, expulsiuus II, 8, iactabilis II, 15, praeaccipere III, 8, proficuus I, 11 et saep., recompensatio I, 14, subsecutio III, 9, superficialis III, 10, — uel aliorum eius aetatis, ut Facundi est honorabilitas II, 15; haud pauca etiam, quorum auctores nobis sunt ueteres interpretes Ignatii et Barnabae, ut int. cett. iniuriator II, 17, paralogizari II, 23 al. dignificare II, 23 et saep., impersuasibilis III, 7. Hoc quoque alicuius est momenti, quod tam translator Rhetoricorum quam Boethius (cf. III* n. 5) aliique eorum temporum scriptores mirum in modum nomina adiectiua in -iuus exeuntia in deliciis habuisse atque in affigurandis exsultasse uidentur. Cuius generis ex ista translatione lexicorum copiis, quanquam haud pauca reliquimus, hic nunc accedunt 46, h. e. c. 10%. Cf. etiam ann. ad nr. 228.

peccatorum'. — *artificialitas:* (τὸ τεχνικόν): I, 2. — *artista* (artiste): II, 23 'si non alii artistae praui (sunt), neque philosophi' (cf. A n. 8, et contradicentem talibus Crescon. ap. Aug. c. Crescon. II, 1, 2). — *assequibilis:* I, 2 'haec non esse bene assequibilia propter longitudinem'. — *attentiuus* (attentif): III, 14. — *augmentatiuus* (αὐξητικός): I, 9. — 170 *ausibilis:* II, 5 al. — *ausiuus:* II, 5 'ausiuum ira'. — *auxiliatiuus:* I, 13 (amicis). — *beatificatio:* I, 9 (uid. inf. s. u. felicitatio: nr. 219). — *benefactiuus:* I, 9 'potentia benefactiua multorum' al. — *beneficiare:* I, 5 'honoratur etiam qui potest beneficiare' al. (beneficiatus intpr. Ignat.) — *beneficiatiuus:* II, 11 'quaecunque aliis proficua et beneficiatiua'. — *caputium:* II, 19, Thom. Thes. (tiara: cuculla, caputium). — *circumpugnabilis* (περιμάχητος): I, 6 p. 201. — *circumuolutio:* I, 11 (περιπέτεια), Beda (planetarum). — 180 claricare: App. mund., III, 2 (σαφηνίζειν). — *clausuralis:* III, 9 'dico clausuralem (περίοδον) locutionem habentem principium et finem ipsam secundum se et magnitudinem bene conspicabilem' al. — *coaequatio:* Oros. (D), III, 9 'coaequatio (παρίσωσις), si aequa sint cola'. — *cointerrogare:* III, 18 'uno cointerrogato' (ἑνὸς προςερωτηθέντος), et ib. inf. — *compericlitari:* I, 10. — *concursalis:* III, 10. — *coniecturabiliter:* I, 1 'ad probabiliora coniecturabiliter se habere' (στοχαστικῶς ἔχειν), — coniecturaliter Grom., Sidon., Prisc. praeex. 6, 16. — *considerabilis* (considérable): I, 15 p. 237. — *consiliatiuus* (βουλευτικός): II, 5. — 190 *consuspensus:* III, 9 'elocutionem consuspensam' (εἰρομένην). — *contionatio:* I, 1, Thom. Thes. — *contionatiuus:* III, 14 (oratio) al. — *contraagonizator:* III, 15. — *contrariatio:* III, 17 'si multiplex fuerit contrariatio'. — *contristatiuus:* II, 5 (malum) al. — *contumeliatio:* II, 2 — *contumeliatiuus* (ὑβριστικός): II, 8. — *coronabilis:* I, 2 'coronabilem (στεφανίτην) agonem deuicit'. — *creditiuus:* I, 12 'eos qui non uerentur, neque obseruatiui sunt, sed creditiui', II, 12. — 200 *criminabilis:* I, 12 'et in habitos criminosos et in facile criminabiles'. — *cursiuus:* I, 5 'longe cursiuus' (πόρρω δρομικός). — *decapillari* (κείρεσθαι): III, 10. — *decisionalis:* uid. nr. 321. — *dehonoratio:* II, 2, Greg. M., Isid. (C *), Adaman. locc. sanct. III, 5. — *despectiuus:* II, 2 'despectiuum enim ironia', ib. 11 ex. et

